Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



uinculum linguę eius. & loquebatur recte; Ille & enim solus
recte loquitur. siue dm̄ confitendo. siue alius predican
do. cuius auditū ut caelestibus possit auscultare & obsecun
dare mandatis. diuina gratia reserat. Cuius linguam
dn̄s tactu sapientię quae ipse est. adloquendum instituit
Talis autem. merito potest dicere cum psalmista. Dn̄e la
bia mea aperies. & os meum adnuntiabit laudem tuam.
Et cum isaia; Dn̄s dedit mihi linguam eruditam. ut sciam
sustentare eum qui lassus est uerbo. erigit mane. mane
erigit mihi aurem. ut audiam quasi magistrum;
& precepit illis ne cui dicerent. quanto autem eis preci
piebat. tanto magis plus predicabant. & eo amplius admi
rabantur dicentes; bene omā fecit. surdos fecit audire &
mutos loqui; Sciebat eos. sicut ille qui notas habebat. &
presentes & futuras hominum uoluntates tanto magis predica
turos. quanto magis ne predicarent eis preciebat; Ut quid hoc preciebat. nisi
quia pigris uolebat ostendere. quanto studio sius quanto q;
feruentius eum predicare debeant quib; iubet ut predi
cent. quando illi qui prohibebantur. tacere non potuerant.
EBD XIIII POST SPENTE: LECTIO EP BEATI PAULI APOSTADCA
Abrahe dicte sunt repromissiones & semini eius; simplex
autem sensus qui in hoc loco texitur hanc uim habet ut
doceat apostolus non posse per legem quae postea data ē
repromissiones ad abraham destruit posteriora prioribus p̄
iudicare cum repromissiones ad habraham ante quadrin
gentos triginta annos datę sint quod bene dicerentur
in illo uniuersae nationes. legis autem obseruatio quod q̄
fecisset ea uiuere & in ea. post quadringentos xxx annos
moysi data sit in monte sinai. non dicit & seminibus qua
si in multis sed quasi in uno & semini tuo qui est xp̄s;
Semen abrahę apostolus xp̄m interpretatus est. omnes scrip
turas sensu ac memoria peragrans numquam plura in nu
mero semina scripta repperi sed siue in bonam siue in ma
lam partē semper singulari. hoc autem dico testamen
tum confirmatum adō. Testamentum uocat promissio
nes ad abraham factas quae non possunt ab homine ualua
ri cum & iam hominum testamenta ius suum teneant
& resolui non possint si sollemniter fuerint ordinata;

quantea factas